



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

317. Pietas & liberalitas Nicodemi erga Christum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

ad Pilatum, *Marc. 15. v. 43.* & petijt corpus IESU, *Matth. 27. v. 58. Marc. 15. vers. 43. Luc. 23. v. 52.* Rogavit autem Pilatum Ioseph ab Arimathæa (eò quòd esset discipulus IESU) ut tolleret corpus IESU. *Ioan. 19. vers. 38.*

III. Pilatus autem mirabatur, si iam obisset. Et accersito Centurione, interrogavit eum, si iam mortuus esset. Et cum cognovisset à Centurione, donavit corpus Ioseph, *Marc. 15. v. 44. & 45.* Tunc Pilatus iussit reddi corpus, *Matth. 27. v. 58.*

MEDITATIO CCCXVII.

*Pietas & liberalitas Nicodemi
erga Christum.*

Ioseph autem mercatus sindonem, *Marc. 15. v. 46.* venit, & tulit corpus IESU. *Ioan. 19. v. 38.*

II. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad IESUM nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum. *Ioan. 19. v. 39.*

III. Acceperunt ergo corpus IESU, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. *Ioan. 19. v. 40.*

ME.